

ones edidit, et inter alias de passagio,
 de cruce signando in subsidium terre
 faciente maxime mentem posuit. ^{hinc} ~~His~~,
 per variis modis aliis concilium suum
 terminavit. Ipse ^{enim} ~~etiam~~ postea confirma-
 vit ordinem Fratrum Predicatorum, qui
 post modicum, scilicet anno XIX. sui
 apostolatus viam universe carnis est
 ingressus. Nec ^{similem} ~~silentiū~~ sui reliquit,
 scientia, ^d facundia de oratorum, et le-
 gum peritia, strenuitate iudiciorum,
 nec adhuc ^{habere} ^{visus} ^{sequentem},
 Qui cum egrotaret ad mortem, con-
 stitutus in agone in civitate Parisii,
 quidam abbas Cisterciensis ordinis,
 veniens cum suis ad curiam Roma-
 nam, cepit in via, die quadam, in me-
 ridie premi somno, viditque locum
 equieti commodum, descendensque de
 iumento in pratum, per horam quie-
 vit ibidem. Cui dormienti, crux et ima-
 ergo Salvatoris in ea pendens apparuit,
 Viditque ad orientalem plagam Do-
 minum sedentem in excelso throno,
 faciem habentem versus occidentem,
 circumstante exercitu angelorum
 in prato, viditque ab occidentali par-
 te ejusdem prati hominem nudum
 toto corpore, sed infusa pontificali de-
 coratum, currentem velocissime versus
 sedentem in throno, et ante imaginem
 se prosternentem, ac alta voce claman-
 tem: 'Miserere mei, miserere mei, mise-
 ricordissime Deus.'

y em c

y qⁱ c

c) silez c

d) scia c

Quidam

cf. Chr. Minn.

 f. 118. (Hier ist ein Blatt aus d. Cod. herausgesch. worden, ohne
 dass etwas fehlt.)